





5675.

DISPUTATIO INAUGURALIS

Ad

MATERIAM RE-
NUNCIATIONUM
IN GENERE DIRECTA.

~~X~~

20

Quam

DIVINA AUXILIANTE GRATIA

Ex Decreto & Autoritate

Magnifici & Nobilissimi

Jctorum Ordinis in Salana

Celeberrima

SUB PRAESIDIO

Amplissimi, Clarissimi & Consultissimi Viri

Dn. PETRI THEODORICI,

J. U. D. Professoris publici, & Curiae Provincialis, nec

non Scabinatus Assessoris eminentissimi, Fautoris &

Præceptoris sui reverenter & officio-

sè colendi,

Pro consequendis Summis in UTROQUE JURE

Gradu & Privilegiis

Publico Examine subicit

HIERONYMUS HEDENUS,

ARNSTADENSIS.

Ad diem 25. Augusti Anno M. DC. XXV.

J E N Æ

Typis Steinmannianis.

L





102

DISPUTATIO IN HIERONYMI

MATERIAM

IN HIERONYMI

OPUSCULO

DE

DIVINA

SCRIPTURA

Magnifici & Nobilissimi

Principum

Ordinis

in

Universitate

D. PETRI THEODORICI

LEIPZIGENSIS

Præceptoris

in

se

Præceptoris

in

HIERONYMI

OPUSCULO


DE

DISPUTATIO

DE

Typis





Quod secundet

J E H O V A!



MATERIA Renunciationum uti frequentissima & maximâ cum utilitate conjuncta: Ita prolixitate & difficultate vix cuiquam juris materie cedit; quippe quæ nullo peculiari tractatu inclusa per universum juris nostri volumen diffunditur. Ut facile excusationem speremus, quòd non omnia ad exactam methodum revocare, & quæ se offerunt singula persequi poterimus. Paucula saltem pro more disputantium problematum instar proponere animus est.

T H E S I S I,

Renunciatio est juris pro se introducti alterius personæ intuitu spontè facta remissio.

Definitum in usu juris (quæ extra hunc scienter præterimus) varias habet significationes. Nam I. Accipitur Renunciatio pro Missione nuncii vel Repudii, quâ olim certâ quadam verborum formulâ Sponsalia & Nuptiæ rescindebantur *l. 7. §. 1. & seqq. de Divort. l. 17 §. fin. de Reb. autor. jud. poss. l. 6 l. 10. D. de Sponsal. l. 1. C. eod. l. 3. C. de Repud.* Sic etiam Renunciare repudium usurpat *Plautus in Aulul. Act. 4. Sc 10. Cypr. de Sponsal. cap. 13 §. 1.* II. Pro Apparitorum, Tabellionum, Peritorum, Artificum,

cum, aut aliorum, & p̄tissimūm, qui juramento p̄stito, in Inspectionibus, Insinuationibus, Executionibus, &c. adhiberi solent, factæ Inspectionis, &c. relatione. *l. 1. l. 3. & 5. si mens fals. mod. dix. l. 1. pr. de inspic. ventr. vid. c. Proposuisti 4. de probat. Trinq. de Retract. tom. 3. §. 8. gl. 9. num. 14 & seqq. Ruyger. Ruland. de Commiss. part. 1. lib. 4. cap. 11.* III. Pro Abdicatione, Cessione, refutatione, repudiatione, abjuratione, remissione, resignatione, *Wffündigung/Begebung/Verzeihung/Verzicht.* Et in hoc acceptu sumitur *vel latè*, pro qualibet cujusque rei vel juris etiam non favorabilis, quavis ex causa competentis, nullo ad alicujus personam habito respectu, repudiatione vel resignatione: Ita dicitur Renunciare obligationi. *l. 5. C. de O. & A. Societati. l. 14. l. 65. pro Socio. Mandato. l. 23. §. fin. Mandat. §. 11. Inst. eod. Renunciare allegationibus. auth. Jubemus. C. de judic. Papatui, Episcopatui, &c. tot. et extr. in 6. & Clem. de Renunciat. c. inter corporalia. 2. de translac. Episcop. Præbendæ. c. 2. de Rescript. Quin vitæ renunciare dicitur, qui se supponit periculo. *l. 6. C. de Princip. agent. in reb. lib. 12. Vel strictè*, ut in hac nostra definitione. Genus definitionis remissionem ponimus per *l. 11. de in jus voc. l. 46. de pact. l. 14. l. 9. de edil. edict. l. 5. §. 7. de administr. tut. cum aliis, qui cessionem, abdicationem aut repudiationem malunt, facillè transitori. Differentia specifica à causis desumpta in seqq. explicabitur commodiùs.**

II.

Renunciatio primò ratione causæ efficientis est expressa & Tacita, vel ut loquitur Imp. quæ fit aut palàm, aut tacitâ dissimulatione.

l. 1. C. de in integr. restit.

III.

Expressa est, quæ fit verbis claris, & ad inducendam eam idoneis. Tacita, quæ ex præsumpta voluntate remittentis colligitur.

1. *Tacitum* in hac nostrâ divisione latè sumitur, non tantum prout opponitur expresso & verbis declarato: Quomodo, fidejussor, qui præscriptionem fori habet, si ei prædictum sit, ne
uta-

utatur Privilegio, quando convenitur, & ipse taceat, exceptioni
competenti renunciâsse intelligitur. *l. 7. pr. qui satisd. cog.* Sed
etiam prout contra distinguitur aperto, & significat præsum-
tum aut fictione legis intellectum, induciturque vel ex facto
aliquo Renunciantis, vel silentio per tempus definitum. 2. Sic
judicium subeundo & litem contestando coram iudice suspe-
cto exceptioni suspecti renunciatur. *c. inter. de sentent. & re judic.*
Et citati ad diem feriatum, si veniant & spontè litigent, exce-
ptionem feriarum remisisse censentur, ita ut sententiam latam
ex hoc capite impugnare nequeant. *l. 1. l. 6. de Feriis & dilat. c. ult.*
extr. eod. Plura tacitæ Renunciationis exempla suppeditant *l. 7.*
de L. Commiss. l. 28 §. Dicebam de minor l. 7. C. de his, qui accus. non
poss. l. 9 §. 1. de tribut. act. §. 16 Inst. de obligat. quæ ex del. l. 10. in fin.
l. 23. l. ult. pr. de inoff. testam. l. 8. §. 15. cum l. seq. in fin. quib. mod. pign.
vel hypoth. 3. Qui fidejussit pro obligato naturaliter tantum,
beneficio excussionis tacitè renunciat *Treutl. 2. disp. 28. tb. 5. l. D.*
Sed quid de illo, qui fidejubens, se ut principalem, als *Selbste*
schuldener obligat? *Treutl. d. l. idem sentit: sed contrariû, quod*
etiã in foro Sax. *Constit. Elect. 18. part. 2.* inductum a verius esse
videtur. *argum. l. 3. C. de Fidejuss. Schneid. ad §. Fidejussor. n. 11 Inst.*
eod. Barbou. ad Treutler. d. loc. 4. Notandum hîc, Tacitam
Renunciationem interdum plus expressâ operari, & sæpiùs ad-
mitti quando expressa reprobatur. Sic Patronus juri succeden-
di in bonis liberti viventis renunciare nequit *l. 94. de acquir. be-*
red. Quod tamen tacitè negligere non prohibetur. *l. fin. in princ.*
C. eod. Sic jure Pontificio tacitè remitti potest juramentum ca-
lumnix, ut inde non vitietur judiciorum ordo. *c. 1. §. 1. de juram.*
calum. in 6. quod expressâ litigantium voluntate fieri notatur.
c. 5. extr. eod. Wesenb. in Parat. C. d. t. num. 5.

IV.

Secundò, ratione subjecti Renunciatio
dividitur in Realem, Personalem & Mixtam.
Realis est, quæ generaliter concipitur, nulla
neque in Persona Renunciantis, neque Reci-
pientis factâ restrictione. Personalis, quando

A

3

quis

quis cum suo solius præjudicio in favorem
certæ tantum personæ jus competens remit-
tit. Mixta quæ ex una parte in rem, ex altera in
personam est concepta.

Exemplo pactorum l. 7. §. 8. l. 17. §. 5. l. 21. de pact. duas prio-
res species ponunt Dd. quibus tertiam addere non dubitamus,
per ea quæ tradit Förster. de pact. cap. 4. membr. 3.

V.

Renunciatio non facilè censetur Perso-
nalis; sed in dubio realis præsumitur.

1. Plerumque enim tam heredibus nostris, quam nobis-
meriipsis prospicimus. l. 9. de probat. & heredes tenentur præsta-
re factum defuncti. l. 14. C. de rei vind. l. 3. C. de reb. al. non alien. l.
149. de R. J. Ac proinde ejusdem Renunciationibus etiam obli-
gantur. argum. l. 34. in fin. C. de inoff. testam. Wesenb. consil. 11. num.
14. Bartol. in l. qui superstitis de acq. hered. 2. Hinc orta est
controversia illa: An Filia renuncians hereditati paternæ liberis
quoque præjudicet, ut ipsi ad hereditatem avitam regressum petere
nequeant? Et dist. res expeditur: Aut avus prius moritur,
quam filia renuncians. Quo casu regula nostra locum habet;
Aut matre demum præmortua Avi hereditas ad Nepotes de-
fertur; & contrariam statuitur: Ratio diversitatis est, quia
tunc non ex matris defunctæ, sed proprio jure succedunt nepo-
tes, argum. l. 3 §. 5. de bonor. poss. cont. tabul. § 6 Instit. de hered. que
ab intest. Et beneficium illud Repræsentationis, quod Justinia-
ni legē habent, factio matris ipsis auferri non potuit, argum. l.
22 § 1 de Adopt. Facit, quod hæc Renunciatio matris habet in se
tacitam conditionem, si ad ipsam deferatur hereditas; quæ
conditio nunquam evenit, præmortuâ matre, neque evenire
amplius potuit, quia mortuo neque hereditas neque aliud quic-
quam defertur. l. 14. de jur. Codicill. l. 4. de his, que nō script. Ideoque
Renunciatio pro non facta habetur. l. 31. de condit. & demonstr. l.
17. §. 7. de caduc. tollend.

Exem-

VI.

Exemplum mixtæ Renunciationis est in juratâ, quæ ex parte jurantis Personalis est, & in gradum sequentem non transmissibilis; Ex parte Recipientis verò Realis, ad omnes successores transiens.

Duo enim in juramento consideranda vincula: Unum spirituale, quò ligatur jurans sub pœna perjurii; Alterum confirmatorium actus, cui appositum juramentum. Hoc sanè ad observantiam contractus heredes compellere, dubium non est; Illud autem in obligandis iis ad perjurii reatum nihil habet virium. Ex quibus efficitur, quamvis heres Renunciationi defuncti stare teneatur; quòd tamen contraveniendo perjurii crimen non incurrat; in tantum, ut neque absolute à juramento opus habeat, contra eum, qui illud à defuncto exegit, experturus, *Gail. 1. observ. 27. Dautb. ad c. quamvis. de pact. in c. num. 94. Serfer. lib. 1. de juram. c. 25. nu. 91. & seqq. Hillig. 21. Donell. Enucl. c. 13. l. X. in not.*

VII.

Tertiò, Ratione Formæ Renunciatio est vel Generalis, vel Specialis. Generalis quando quis generalibus verbis beneficia competentia à se abdicat. Specialis quæ fit expressâ jurium, quæ abdicantur, enumeratione.

l. 21. C. ad SC. Vellejan. l. fin. C. quand. mul. off. tut. l. 7. pr. qui satisd. cog. l. 1. si quis in jus voc. l. 4. §. 4. si quis caut. jud. sist. l. 29. C. de pact. Dupliciter autem intelligi potest Renunciatio generalis. 1. Ut denotet exclusionem generalissimam omnium beneficiorum competentium veluti, si quis nullam omninò se oppositurum exceptionem promittat; quæ, ut pote, omni carens specificæ demonstrationis notâ, & quam diversitas rerum, sub generali exceptionis nomine comprehensarum, obscuram facit, nihil operari potest. *argum. l. 56 §. 3. Mandat. l. 17. C. eod. l. 4. in fin.*

fin. pr. de jure fisc. Quin, cum exceptiones & beneficia juris den-
tur ex æquitate, non potest non iniquum esse pactum, per quod
omnibus exceptionibus & beneficiis ex æquitate dandis via
præcluditur. In omnibus autem potior debet esse æquitatis,
quàm stricti juris ratio. *l. 8. C. de judic. l. 90. de R. J. Ant. Fab. in
rational. d. l. 4. §. 4. si quis caut. jud. Hering. de fidejuss. cap. 17. nu. 41.
& seqq. Donell. lib. 16. Comm. cap. 3.* II. Ut importet abdicatio-
nem generalem vel subalternam remediorum juris in certo ali-
quo negotio indultorum, ut quando Avia vel Mater ad Tutelam
Nepotum vel filiorum aspirans omni LL. auxilio renunciat, *d.
l. fin. C. quand. nud. off. tut.* Et hæc alterum est nostræ Divisio-
nis membrum.

VIII.

Generalis renunciatio non valet, nisi spe-
cialis præcedat,

1. Regulam hanc communiter eliciunt *Dd. ex d. l. 4. §. 4.
si quis caut. jud. sist. l. 24. §. 4. de damn. infect. Gothofr. in d. §. 4.
Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. num. 275. Zas. ad l. si con-
venerit de jurisd. num. 33. Matth. Cuno de pact. lib. 1. c. 24. num. 86.*
Et sensus est, quod, qui pluribus exceptionibus munitus, genera-
liter promittendo, se illis non usurum, non obligetur, nisi ali-
quibus expressis clausulam generalem renunciatoriam adne-
ctat. *d. l. fin. C. quando nud. off. tut. Constit. Elect. 17. part. 2.* 2. Cæ-
terum, uti hoc ipsum iis in casibus, quando à lege exceptionum
diserta requiritur specificatio, obtinere verum est: ita, in omni-
bus indistinctè necessarium esse, non putamus; sed in aliis, ge-
neralem renunciationem sufficere omninò statuimus. Nam pe-
nes renunciantes situm est, quibus verbis animi sui sensa velint
efferre, sibi que imputare debent, si verbis non specialibus; sed
generalibus utantur. *l. 39. de pact.* Idque eò faciliùs conceden-
dum, quia ejusmodi generales renunciationes nò in imensum
extenduntur; sed intra limites ejus negotii, super quo interpo-
nuntur, coartantur. *l. 21. ubi Gl. C. ad SC. Vellejan. Everb. in Topic.
loc. à General. num. 3.* 3. Ut adeò rectè videantur sentire ii,
qui, jure communi attento, fidejussores per generalem locutio-
nem exceptiones sibi competentes refutare posse, asserunt.
Quam-

Quamvis nimis multum sibi sumat iudicii, *Bachov. ad Treutler.*
2. *diff. 28. lb. 5. l. D. de sanctissima illa D. Electoris Augusti Con-*
stitutione, dum ipsum malè contrarium sancisse, scribere au-
det. 4. Sed hoc non prætereundum, quòd Generalis renun-
ciatio, enumerationem specierum secuta, ad species expressis
pares & compatibles solummodò restringatur; nec diversi ge-
neris privilegia excludat, *argum. l. fin. §. 1. de tritic. vin. vel ol. leg.*
argum. Clem. 2. de procur. c. sedes 15. de rescript. Wesenb. consil. 42 nu.
59. Cui consequens est, si fidejussor exceptioni contractus simu-
lati, erroris calculi, pacti usurarii, rei non sic vel aliter gestæ,
&c. subjunctâ generali clausula, in instrumento renunciaverit,
prout liberale esse solet, in coacervandis ejusmodi non intelle-
ctis terminis, vulgus Notariorum; parùm consultum fore cre-
ditori, siquidem generali hæc abdicatione, utut specialis præ-
cesserit, nulli fidejussorio beneficio renunciatum est. *Guid. Pap.*
Decis. 367. num. 1. Bertich. 2. conclus. 22. num. 19.

IX.

Quartò, itidem à formâ desumptâ divisio-
nis ratione Renunciationum alia Judicialis
est, alia Extrajudicialis. Judicialis, quando
quis apud acta Beneficio competente se non
usurum promittit. Extrajudicialis contra, quæ
absque solennitate judiciali perficitur, vel per
conventionem, vel simpliciter.

l. 7. C. de ingen. manumiss. aut b. Matri & l. seq C. quand. mul.
off. tutel. l. 29. C. de Pact. Sicbard ad l. 1. C. d. t. n. 16. § 25.

X.

Quintò denique, Ratione Adjuncti Re-
nunciatio dispescitur in Juratam & non jura-
tam. Jurata est, quæ juramento firmata. Non
jurata, cui jusjurandum non accedit.

l. 1. §. aut b. Sacramenta. C. si advers. vendit. c. quamvis 2. de
pact. in 6. Controvertitur hîc: *An jurata Renunciatio vim spe-*
cialis

cialis habeat? Aff communiter, Rutger. Rul. relat. ac vot. Came-
ral. class 9. num. 30. Dauth in d. c. quamvis, num. 82 Johan. Baptist.
Asin de execut. §. 9. c. 134. Gail. 2. observ. 27. num. 23. Et observ. 114.
in fin. Quod tamen alii promiscuè non admittunt; sed restrin-
gunt ad eos casus, ubi aliàs, si juramentum non intervenisset,
specialis saltem expressio requireretur; Adeoque si generalis
renunciatio non valida esset eò, quòd consensus renunciantis
deficeret, vel si renuncians non certioratus de beneficio, Jura-
mento vires specificæ Renunciationis derogant. Everb. in Top.
loc. à Juram. vi. relog. Et eff. 130. n. 33. Berlich. 2. cõcl. 19. n. 39. Et quos
ipse confertim citat. A quibus divortiũ faciunt Wes. conf. 23. nu. 52.
Gail. 2. obs. 41. n. 5. Dauth. d. loc. n. 75. Et plerique recentiores, uti
utriusque classis ratione colligendo testatur Hillig. lib. 21. Don.
Anucl. c. 13. lit. H. Quibus astipulemur, inferiùs patebit.

XI.

**Causa Efficiens Renunciationum est vel
 Generalis ac Remota; Jus nimirum: vel Spe-**
cialis & Propinqua, nempe Persona.

1. In omnibus enim actibus, qui fiunt legitimè, duas has
 causas; ipsas videlicet Personas agentes; & jus actum compro-
 bans dirigensque concurrere videmus. *Vultej. ad pr. Inst. de ob-*
lig. num. 11. Wesenb. ad d. pr. Förster. de domin. cap. 6. n. 3. 2. Causam
 remotam quod attinet, quemadmodum in simili distingui
 solet inter formam generis & specierum; inter inventionem &
 approbationem; inter materiam & informationem: Ita & in
 nostro hoc proposito Renunciationes partim juri Gentium,
 propter fundamentum videlicet, quòd naturali ratione quilibet
 contemnere possit ea, quæ pro ipso introducta sunt. *l. 46. de pact.*
c. statumus 23. de Regular. Partim verò juri Civili, Canonico,
 Statutario & Consuetudinario, propter incrementum & spe-
 cialia, quæ circa personas Renunciantes, circa ipsum renuncian-
 di modum, & circa denique effectus benè multa addiderunt,
 adscribere non dubitamus.

XII.

Persona est Renuncians & Recipiens: In
utra-

utraq; considerata venit ipsius Personæ ha-
bilitas & Facti qualitas.

Personæ & facta ad Renunciandum non quævis sunt
idonea. Est enim Renunciatio ut plurimum species quædam
Donationis. *Andr. Kobl. exerc. legal. 12. num. 31. Rutger. Rul. relat.
& vot. Cameral. class. 9. num. 48.* adeoque alienationis. *l. 1. C. de
fund. dot.* Hæc autem per leges variè restringitur. *t. c. I. quib. alien.
lic.* atque tam alienandæ, quam acquirendæ facultas ex LL.
repetenda. *arg. §. singulorum, & tot. t. Inst. de rer. divis. §. fin. Inst.
de usu & habit. Dd. comm. ad pr. Quib. alien. licet.*

XIII.

Omnes Renunciare possunt, qui non
prohibentur.

Sunt enim Renunciaciones de genere promissorum. *l. pen.
C. de pact. Novell. 136. c. 1.* Et ita comparatum est, ut quoties quæ-
ritur, quid alicui liceat in jure privato, omnia cuivis licere di-
cantur, si LL. non prohibeant. *l. 28. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 43. §. 1.
de Procurat.*

XIV.

Prohibiti autem censentur omnes, qui
obligari per leges nequeunt.

l. 1. C. si advers. vendit. l. pen. C. de pact. l. 11. C. de jurejur.

XV.

Inhabiles ergò ad Renunciandum I. Qui-
bus plena consentiendi facultas & libera re-
rum administratio est denegata: Idque vel ob
ætatem & Judicii infirmitatem, quales sunt
Impuberes & Minores, tutorum autoritate &
curatorum consensu destituti (1) vel ob ratio-
nis defectum, ut furiosi & mente capti (2) vel
denique ob morum pravitatem, velut Pro-
digi. (3)

B / 2

1. pr.

1. *pr. Inst. de Autor. tut. §. 2. Inst. quib. al. lic. pr. Inst. de curat. l. 1. de minor. l. 1. C. de in integr. restit.* Sed & neque ad stipulantibus tutoribus & curatoribus renunciare possunt, si jus omnino liquidum remittatur. *argum. l. 37. de pact. l. 22. C. eod.* Quamvis decretum judicis intervenerit *l. fin. C. quand. mai. fact. alien. Vultej. lib. 1. de feud. c. 3. num. 6.* Ad hanc classem referenda Mulier de jure Sax. cujus Renunciatio sive in judicio fiat, sive extra illud, nisi Mariti vel alius Curatoris interveniat Autoritas, invalida est, *Constu. Elect. 15. p. 2.* Nisi tamen hæc & Minor jurato renunciant. *l. 1. §. 1. C. si advers. vendit. c. quamvis de pact. Sichard in d. autb. num. 14 Berlich. 2. Concl. 17. num. 81. Dauth in d. c. quamvis num. 71. An idem in impubere pubertati proximo? Negat Donell. d. cap. 13. Sichard in d. autb. nu. 6. Treutl. 1. disp. 11. rb. 9. lit. E.* Quorum opinionem veriore esse defendemus. 2. *§. 8. Inst. de inutil. stipul. l. 40. de R. J. l. 1 §. 2. de O. & A. nisi in dilucidis intervallis renunciaverint, arg. l. 9 C. qui testam. fac. 3. l. 6. de V. O. d. l. 40. l. 1. l. 10. de curat. furios. Dalncr. d. tr. cap. 5. n. 12.*

XVI.

II. Personæ ad Renunciandum idoneæ non sunt, si altera alterius, vel utraq; ejusdem potestati subjectæ.

1. Unde constat inter patrem & liberos, itemque inter fratres sororesque renunciationem non valere, propter unionis videlicet fictionem & personarum identitatem, quia in utroque casu pater semper ipse obligaretur. *l. 21. §. 7. de pact. l. ult. C. de impuber. §. al. substit. fac. §. 12. Inst. de furt. l. 4. de judic.* Horum exceptiones habentur *in d. l. 4. l. 2. de contrab. emt. l. 10. de castr. pecul. l. 3. C. eod. l. 6. C. de bon. qua. liber.* Quibus celebris illa Hereditatis renunciatio, quippe, quæ jure Canonico & notissima consuetudine inter memoratas personas inducta, annumeranda est. 2. Generaliter autem notandum, nihil referre, per se ac per procuratorem quis renunciet, modò fuerit procurator speciali instructus mandato, aut ei libera causæ & bonorum administratio concessa, *c. ad agendam 4. de procurat.*

Facti

Facti Qualitatem ut & ipsam considerare-
mus. 1. Non sufficit, ut rectè quis renunciare
dicatur, promissio de ~~non~~ renunciando, aut
aliud quoddam factum, ipsam abdicationem
non evidenter arguens; sed præsentaneus &
talis requiritur actus, quo ad ^{apertè} apertè, aut præ-
sumtivè saltem constet, quod jus illud repu-
diatum & alii cessum velit.

1. Sunt enim Renunciationes plerumque odiosæ, & talia
facta, quæ largâ interpretatione non inducuntur, *Schneid. ad §.
fin. Inst. de honor. possess. num. 17* Et aliud est renunciare, aliud pro-
mittere de renunciando, *argum. l. 1. C. de pact. pign. quia ex multis
causis actus ipse deficere potest, Mynsing. respons. 50 num. 19. Ant.
Fab. in C. tit. de pact. def. 25. Job Bapt. Asin. de execut. §. 9. cap. 29.
num. 8.* 2. Hinc quæri solet: *Si quis iudicis sententia stare pro-*
misit, An Appellationis Renunciatio induci possit? Et rectè Neg.
Robert. Marant. in spec. de appellat. num. 341. quem sequitur Treutl.
2. disp. 33. tb. 3. lit. D. Verùm si post publicationem sententiæ sive
ex intervallo, sive stante pede ejusmodi fiat promissio judicia-
liter, omninò talem esse actum putamus, qui ad appellationis
remedium promittenti præcludat aditum. 3. Neque aliud in
promissione jurata de Renunciando statuendum opinamur;
ut vix assentiendum sit *Dalner. d. tr. c. 4. num. 8. & cap. 17. num. 15.
ac Dautb. in d. c. quamvis num. 101.* qui per ejusmodi promissio-
nem Renunciationem ipsam factam intelligi volunt. 4. Sed
gravis hîc agitur controversia: *Si fidejussor nullis omninò bene-*
ficiis vel exceptionibus renunciavit, juravit autem se omnia & sin-
gula in obligatione contenta & scripta servaturum; An juramen-
tum hoc operetur renunciationem, ita ut uti beneficiis fidejussoris
non magis possit fidejussor, quàm si iis expressè renunciaverit? Af-
firm commun. *Gail. 2. observ. 27. num. 22. Moller. ad Constit. Elect.*
17. part. 2. Treutl. 2. disp. 28. tb. 5. lit. D. Berlich. 2. conclus. 22. num. 20.
& quos ipse cumulatim allegat: Nos negativam amplectimur.

ii noz.

5. Huic affinis est illa quæstio: *An filius jurans se testamentum patris observaturum, Trebellianicam renunciâsse intelligatur?* Quod & ipsum arg l 32 C. de inoff. test. Treutl. 2. disp. 14. tb 7. lit. F. 6. Sed utrum filia, quæ juratò promisit, se renunciaturam hereditati paterna, hoc ipso obstricta est, jurejurando interveniente renunciare? Videri posset ipsam liberari renunciando etiam sine juramento, arg. l. 44. de solut. Quia promissio de Renunciando, non includit promissionem de jurando, ut in simili loquitur Pontifex c. ad audientiam, de his, quæ met caus. Quam opinionem prolixè tradit & defendit A. Fab. in C. d. t. de pact. defn. 13. § 25. Cæterum in contrariam allicit, quòd Renunciari hereditati aliter, quàm cum juramento non potest, d. c. quamvis. Adeoque conveniens est, filiam promittentem in se recepisse renunciationem non, qualemcunque; sed talem, qualem hoc in passu jus requirit, cum paciscentes semper intelligantur juris dispositioni se conformasse, l. 3. de deb. cred. Facit, quòd verba accipienda sunt cum effectu, & ut aliquid operentur, quod non fieret in casu nostro, si promittens, in juratâ successionis renunciatione, quam jus reprobatur, liberaretur. Ut non urgeamus, vix absque conscientia periculo in juramenti religione tam captiosas admitti posse interpretationes.

XVIII.

II. Circa factum Renunciantis desideratur, ut renunciet spontè, ad quod requiritur, tum libera voluntas, tum certa scientia.

l. 4. §. 4. si quis caut. jud. l. 1. de feriis. Daub. in d. c. quamvis num 75. Hillger. lib. 21. Donell. enucl. c. 13. lit. A. in not. His opponuntur, Vis, Metus, l. 1. l. 14. §. 2. quod met. caus. l. 116. de R. J. l. 13. C. de transact. Dolus. l. 9. §. 2. ff. eod. l. 21. pr. de inoff. testam. Error. l. 8. §. 1. seq. C. de jur. & fact. ignor. d. l. 116. de R. J. Ignorantia l. 19. vers. Nec enim, & ibid. Gloss. de inoff. testam. l. 11. §. 8. de interrog. in jur. l. 77. de contrab. emt. l. 23. de a. quir. hered. l. 7. §. 2. de suppell. leg. l. fin. §. 2. C. de furt. Job. Bapt. Asin. d. §. 9. c. 348. num. 6. & cap. 205. nu. 7. Thoming. decis. 1. num. 31. In illis idem jus habent Renunciationes cum reliquis obligationum generibus commune: In hac quædam specialia veniunt observanda.

Ut

Ut Personæ, quibus jura ignorare permissum, efficaciter renuncient, de Beneficiis repudiandis certiorari & admoneri debent.

1. Nemo enim dicitur Renunciare juri, quod ignorat, per *supr. alleg. Dautb. ad d. c. quamvis num 1.* Licet autem jura quilibet scire debeat. *l. 5 si cert petat l. per. de jur & fact. ignor l. 5. C. de LL. l. 15. C. de rescind vend. Ignorantia tamen præsumitur & excusatur in Minoribus 25 ann s, l. 9. §. 2 ff & l. 2 l. 11. C. de jur & fact. ignor Militibus, d. l. 9. §. 1. l. 1 C. d. ut Eccl. in s. l. pen pr. D. & l. fin C. eod ac Rusticis, arg l. 7 §. 4. de juris d. l. 2 § 1 si quis in jus voc Wesenb. in parat. de jur. & fact. ignor Gail 2 observ. 48 num 22.* Quod tamen ultra has personas non extendimus. *l. 2 l. 3. C. de jur. & fact. ignor. l. 6 C. qui admitt. ad honor. poss. ff. potissimum.* quando peritiores Consuli possunt Unde Fidejussores renunciantes de Beneficiis suis in specie certiorari regulariter oportere negamus. *Dis. Berlich. 2. concl. 22. num 5.* 2. Tria autem potissimum in certiorationem veniunt: 1. Quod competat beneficium 2. Quid & quale sit 3. Quæ vis & effectus Renunciationis. Quæ vis primùm, præterquam in generali renunc. & postremum non videantur necessaria: Vix enim tam fatuus foret renunciaturus, ut quid renunciare sit, non intelligat; aut eidam Beneficio in specie renunciare velit, quod nescit se habere. Interim tamen abundans cautela non nocet, *l. 32. §. 6. de aur arg leg l. 94. de R. J.* 3. An juramentum sit loco Certiorationis, ita ut in jurata Renunciatione Certioratio expressè non requiratur? variè certatur: Nos negativè ad stipulamur, *c. 2. de renunc.* Juramentum enim obligationem non auget vel minuit, sed huic intra limites suos consistenti robur tantùm religionis addit. *c. Quinta vallis de jurejur c cum juramento, de homicid.* Et quanquam juramento non vilis auctoritas, non tamen usque adeò sui valituum momento, ut eos, qui ob sexus & ætatis infirmitatem aut simplicem vitæ conditionem à juris cognitione remoti, sagaces reddat. *Barthol. Muscul. de success. convent. class. 1. membr.*

*membr. 2. concl. 7. lit. I. Treutl. 1. disp. 11. tb. 9 lit. D. vid. Hillig d. cap. 13.
lit. H. in not. Berlich. 2. concl. 19. n. 39 qui Diss. copiosè allegant. 4.
Idemq; in Renūciatione necessariā matris tutelā liberorū susce-
pturæ, ac ea, quæ per pactū fit, generaliter procedere putamus.
Quid in judiciali? Adhuc dum aff. cū Treutl. 1. disp. 25. tb. 5 lit. C. &
Berlich. d. concl. 19. n. 40. 5. An etiā in speciali? Negat Bachov. ad
Treutl. d. tb. 5. lit. B. putans, dici nō posse, E. G. Mulierē aut igno-
rāsse, aut non cogitāsse de eo, cui renunciavit expressè, siquidem
renunciatio ejusmodi implicat Beneficii scientiam; ut proinde
simpliciter statui possit; Quibuscunque casibus renunciatio
specialis valet, iis valere etiam citra renunciationem, si modò
renunciatione summa remedii sit expressa. Verūm 1. Princi-
pium petere videtur, dum expressam renunciationem beneficii
scientiam implicare ait; quia hoc ipsum adhuc dubium est:
Quamvis enim renunciantem, quòd ipsi beneficium competat,
cogitare oporteat, exinde tamen non infertur, omnia ejusdem
contenta ipsam satis habere perspecta: Et falsum illud est præ-
suppositum quòd Renunciatione summa remedii sit expressa;
Quis enim, quando mulier renunciat allen vnd jeden Beneficien
vnd Wolthaten/so den Weibspersonen im Rechten zu gut verord-
net/vnd insonderheit der Exception S. Cri Vellejani, uti plerumque
concipi solent instrumenta, hoc ipso summam Beneficii Velle-
jani ipsam assecutam esse asseret. 2. Si simpliciter statuendum,
quibuscunque casibus renunciatio specialis valet, iis valere
etiam citra Renunciationem, ut verba sunt Bachovii, hoc simul
concedendum foret, nunquam necessariam esse certioratio-
nem; quia casus dari nullus potest, ubi, cæteris paribus, renun-
ciatio specialis non valeat. 6. Sed utrum à Judice vel Nota-
rio, an à recipientis persona certioraretur renuncians, nihil refer-
re putamus: quamvis si omissa fuerit certioratio, intersit Credi-
toris, ipse neglexerit; an verò Notarius. Neutro sanè casu re-
nuncians cum effectu obligatur; sed posteriori regressus datur
Creditori adversus Notarium, A Hering. de fidejuss. cap 7 nu 474.
Gail. 2 observ. 77. num 7. 7. An præsumenda in dubio certioratio?
Negat. Quia est facti & solennitas extrinseca, quæ non præsu-
mitur nisi probetur S. Richard in autb Sacramenta. C si adv vendit.
Bachov. ad Treutl. 2. disp. 10. tb. 5. lit. B. Notario tamen de ea in-
intru-*

instrumento attestanti fides habenda, pro instrumento enim
semper præsumtio veritatis militat, *l. 18. C. de probat. Gail d. nu. 7.*
Beust. ad d. l. 1. de jurejur. num. 247. Si tamen Notarius testis pro-
ductus super interrogatoriis partis productæ, interrogatus, quis
tenor sit Beneficii, hoc ipsum nesciat; nihil valebit indita sic
scripturæ, tanquam cum certioratione facta renunciatio, *Wesf.*
ad tit. C. de SC. Vellej. num. 28.

XX.

Vidimus personam Renunciantem; se-
quitur Recipiens. Et ipsam quod attinet,
quemadmodum renunciare quilibet potest,
qui & obligari: Ita vicissim omnibus iis rectè
renunciationem facere possumus, quibus ob-
ligamur, & quibus casibus Personæ Recipien-
tis conditio obligationem impedit, iis neque
renunciatio tenet.

XXI.

Factum in Persona Recipientis necessa-
rium est Acceptatio.

1. Non enim sufficit, ut renuncians innuat, se cedere
jus competens; sed requiritur insuper, ut & ille, cujus commo-
do ceditur, oblationem acceptet. Hoc enim antequam fiat, re-
vocari potest renunciatio, *Beust. in l. admonendi de jurejur. nu. 73.*
Arnold. de Reyer in thesaur. jur. in voc. Acceptatio. Wesenb. in Parat.
de pact. nu. 7. 2. Idque sive in Conventionem fiat Renunciatio,
sive simpliciter: Plerumque enim donationem & liberalitatem
continet, quæ in ignorantem non cõfertur, sicut nec in invitum,
l. 19. §. 3. de donat. l. 69. de R. J. A. Fab. in C. tit. de pact. def. 9. nu. 4.
3. Sufficit tamen, si in absentia ejus, cujus gratia renunciatur,
Procurator, vel persona publica velut Judex aut Notarius, ac-
ceptet, *l. 6. §. 3. de confess. l. fin. de interrog. in jure fac. Siehard. in l. 4.*
C. de pact. num. 15. Donell. ad l. 38. §. 17. num. 29. de V. O. Multoque
magis, si Pater, Filius, §. l. 38. §. 17. Tutor, Curator vel Syndicus,
C
d. l.

d. l. 6. §. 3. §. 19. Inst. de inut. stipul. l. ult. quod cuiusq; univers. 4. Sed quid, si patre constituyente dotem, filia ipsius hereditati renunciaret favore fratrum, & pro iis nemo stipuletur, aut acceptet renunciationem? Fratres nihilominus de filia portione, quæ ex pacto renunciationis defecit, participare verum est: Etiam si enim non nominati fuissent, tamen ipsis ex tacitâ quadam stipulatione emolumentum renunciationis acquireretur, quia pater renunciationem à filia, datâ dote, exigens præsumitur prospicere, voluisse liberis masculis ad conservandam familiae dignitatem, l. 1 §. 13 de ventr. insp. l. 9. C. de quast. Muscul. d. tr. class. 1. membr. 2. concl. 7. lit. K. Nicol. Beth. de pact. statut. & consuetud. famil. illustr. cap. 10. fol. 764. A. Fab. in C. tit. de pact. definit. 7. 5. Si simplex renunctio fieret præsentis & tacenti, an ligetur renunciatus, ut poenitere nequeat? Neg. per ea, quæ tradit Bachov. ad Treutler. 1. disp. 6. th. 1. lit. B. Scharf. in d. l. 4. num. 31. 6. Cum Dd. factum Recipientis generali nomine, Acceptationem, vocamus; non negantes tamen, varios recipiendi dari modos, quæ propriè sub Appellatione Acceptationis, quæ regulariter oblationem sequitur, non continentur.

XXII.

Materia vel objectum Renunciationis est illud, cui Renunciatur; Jus nimirum pro Renunciante introductum.

l. pen. C. de pact. l. 41. de minor. l. 51. C. de Episc. & Cler. Novell. 136. c. 1. c. statuimus 23 de regular.

XXIII.

Duo itaque in Renunciationis objecto requiruntur: I. Ut sit jus vel Beneficium introductum: Cui consequens est, iis, quæ sunt juris naturæ, quippe quod nobiscum natum, renunciari non posse.

Ejusmodi sunt jura sanguinis, l. 8. de R. 7. l. 8. de cap. minut. Jus defensionis Clem. Pastoralis. §. ceterum. de sent. & re judic. l. liber homo, ad L. Aquil. Unde quando quis generalibus verbis omni-

omnibus exceptionibus renunciat, quantumvis expressa verba videantur, defensiones tamen innocentiae tacite semper sunt exceptae. *Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 12. num. 20. Myns. 6. observ. 15.* Et hinc facultati matrimonium ineundi nequicquam renunciatur, *l. 1. § 3. de just. & jur. Kling. in c. si diligenti. de for. compet. nu. 5.* Eademque ex ratione domicilio originis vel naturali neminem renunciare posse traditur, *in l. 4. C. de municip. & originar. Gail. 2. observ. 36. num. 5.*

XXIV.

II. Ut sit pro Renunciante introductum: cui opponuntur non tantum, quae in ejus favorem omnino non sunt introducta; sed etiam, quae sunt quidem, ita tamen, ut simul alterius interesse concernant, vel saltem ejus conditionis sint, ut Renunciantis arbitrium ac dispositionem effugiant. Alias illud, quod pro Renunciante introductum, Jus proprium; Hoc vero improprium & alienum appellatur.

XXV.

Jus alienum est, vel Divinum vel Humanum. Et juri Divino renunciari non posse indubium est.

Oldendorp. Enchir. except. membr. exceptiones contra renunciat. exempl. 24. Dalncr. d. tr. c. 7. num. 2. Unde feriis in honorem Dei introductis renunciare litigantes non possunt *6 ult. de feriis l. 3. C. eod. Gail. 1. observ. 53. num. 16. Wesenb. in comm. ad d. t. C. nu. 36.* Nisi suadeat pietas aut necessitas *d. c. ult.* Veluti in causis alimentorum, carceratorum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum: Item in causis, quae celeritatem requirunt, si forsitan res tempore peritura. *Gail. d. obs. num. 13. & alii citati ab Hilligero lib. 24. Don. Enucl. c. 7. lit. Cc. Dd. in not.* Nam & hoc in extra-

judicialibus negotiis veluti agrorum cultura & collectione frugum, admittit Imp. in d. l. 3. Unde à Damhud. prax civ. c. 119. n. 17. Parochi illi irreligiosè religiosi taxantur, qui non ferunt, à suis Rusticis die festo Triticum inveni, si metus sit pluviae: cum tamen si eodem globis, aleis, pilis, arcibus lucri causâ ludant, tabernas oppleant, strenuè potitent, id ferant, sæpè compotitent, vel adsideant. Hillig 24. Don. En. c. 7. lit. V.

XXVI,

Humanum jus est vel Publicum vel Privatum: Publicum Autoritate & Utilitate. Ad illud spectant, quæ ita pendent ab autoritate publicâ, aut privatorum, arbitrium ac dispositionem effugiant. Talia sunt Constitutiones ac Leges, item certæ illæ, negotiis & actibus hominum utpote, Contractibus, Successionibus, Judiciis &c. præscriptæ formæ & solennitates substantiales.

l. 7. §. 14. l. 27 §. 4. l. 38. de pact. l. 55. de legat. 1. l. 1. §. 2. de V. O. l. 27. l. 45. de R. J. l. 5. C. de LL. l. 6. C. de pact. l. 15. C. de testam. l. 4. C. de testam. l. 4. C. de sentent. & interlocut. Oldendorp. d. loc. exempl. 25. Gædd. ad l. 3. de V. S. nu. 32. 1. Unde Legibus, Donationis summam constitutam excedentis insinuationem, requiruntibus ne quicquam renunciatur; *l. 24. de donat. Treutl. 2. disp. 19. th. 9. lit. F. & ibi Bachov. Wesenb. conf. 42. num. 66.* 2. Et ex hac eadem ratione, quod cautione privatorum legibus non refragandum, renunciatio Falcidiae nullam operatur obligationem, *l. 15. §. 1. ad L. Falcid. Bachov. ad Treutl. 2. disp. 12. th. 1. lit. A. ad vv. imò beredi.* 3. Quò etiam referendum, quòd pater in testamento tutoribus liberorum non potest remittere necessitatem reddendi rationem, *l. 5 §. 7. de administr. tutor.* 4. Et transigentes super relictis ex testamento inspectioni tabularum, quam *l. 6. de transact.* defuncti gratia, cujus voluntatem exitum sortiri, publicè interest, efflagitat, renunciare prohibentur. *Wesenb. in Parat. d. t. nu. 5. Gail. 2. observ. 139. num. 9.* 5. Sic etiam ea, quæ ad substantiam ordi-

ordinis judiciarii pertinent, velut Citatio, Libelli oblatio, Litis
 contestatio, Probatio, Sententia &c. renunciatione partium
 tolli nequeunt, *c. un de lit. contest. c. accedens. Ur lit. non contest.*
Gail. 1. obs. 75. n. 2. Hillig. lib. 23. Don. Enucl. cap. 1. lit. D. in not. 6. Et
 hinc tandem, quia hereditas per modos juris Civilis solennes
 & certos transfertur atque adimitur, *l. 1. l. 3 de petit. her. l. 4. qui*
testam. fac. l. 70. de acquir. hered. l. 130. de V. S. l. 15. C. de pact. Novell.
115. Nov. 118. Bachov. ad Treutl. 1. disp. 6. th. 8. lit. F. Consequens est,
 Filiam acceptâ dote pacto renunciativo futuram patris heredi-
 tatem refutare non posse, quin collatis, quæ accepit, cum fratri-
 bus ad successionem admittatur, *l. 3. C. de collat. l. ult. de suis & le-*
gitim. hered. l. 35. S. 1. de inoff. testam. l. 5. C. de pact. convent. VVesenb.
consil. 11. in pr. Muscul. de success. convent. class. 1. membr. 2. conclus. 4.
lit. A. Quamvis ejusmodi Renunciationes certis conditionibus,
 jure Canonico, *c. quamvis de pact. in 6.* Saxonico, *Sandr. libr. 1.*
art. 13. Constit. Elect. 35. p. 2. Et notissima Germaniæ consuetudi-
 ne receptæ sint, *Dauth. in com. ad d. c. quamvis. Gail. 2. observ. 147.*
Muscul. d. tr. concl. 5. 7. Sed, an quis Facultati testamentum
 conditum mutandi, & à priori voluntate recedendi potest re-
 nunciare? Effectus quæstionis est: si ita renunciatum sit à testa-
 tore & nihilominus aliud testamentum factum, utrum renun-
 ciatione non obstante, hoc illi prævaleat? Aff. Quia regulare
 hoc est, quod posteriori testamento prius tollatur, *S. 2. Instit.*
quib. mod. testam. infirm. l. 1. de injust. rupt. l. 27. C. de testam. & ne-
mo legem sibi dicere potest, ne à priori voluntate discedat,
 cum obligatio ad iudicii immutabilitatem nulla sit. *Bachov. ad*
Treutl. 2. disp. 10. th. 7. lit. D. fol. 567.

XXVII.

Ad jus publicum utilitate pertinent non
 tantum, quæ commodo publico immediatè
 inserviunt. (1) Sed etiam, quæ mediatè
 & consequenter, ut Delictorum coercitio,
 (2) Honestas & Boni mores, (3) Cura Mife-
 rabilium & earum personarum, quæ ob sexus

& ætatis infirmitatem sibi ipsi satis præesse
nequeunt. (4.)

(1) *l. 7. §. 14 l. 27. §. 4. de pact. Dalncr. d. tr. cap. 9. num. 3. & 5.*
(2) *l. 1. de LL. l. 9. §. 5. de Publican.* Unde omnibus iis, quæ in odium
& pœnam alterius introducta, quamvis etiam favorem renun-
ciantis respiciant, renunciare non posse, universale est. Exem-
plum habetur in SC. Macedoniano, cujus beneficio, utpote in
odium foeneratorum inducto, à filiofamil. inutiliter renuncia-
tur, *l. 40. de condit. indebiti. l. 1. ad SC. Macedon. Donell. 12. comm.*
c. 21. Fachin. 2. controu. 61. Atque eodem ex fundamento, quia
odio creditorum fraudulentorum, ne circumveniendi & quasi
deprædandi miseros debitores pecuniæ indigos nanciscerentur
occasionem, obligationi Chirographariæ Remedium additum,
exceptio non numeratæ pecuniæ, eandem renunciando abdicari
posse, negatur. *Coler. de Process. execut. part. 1. c. 10. n. 235. Harm.*
Pistor lib 4 q. 12. num. 4. Hillig lib 14. Donell. Enucl. c. 27. lit. F in not.
(3) *l. 6. l. fin. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stipul. l. 15. de condit. instit.* Sic
Maritus beneficio §. 37. *Inst. de Act. l. 12. solut. Matrim. l. un. §. 7. C.*
de R. ux. A. ne in solidum; sed in id, quod facere potest, conve-
niatur, non validè renunciat, *l. 14. §. 1. solut. matrim.* Et actioni
doli futuri renunciari nequit, *l. 23. de R. f. l. 27. §. 3. de pact. l. 17. pr.*
commod. l. 1. §. 7. depositi. Commissi tamen potest, *l. 4. pen. C. de*
transact. quia hîc nulla versatur turpitudô, aut invitatio ad do-
lum committendum; sed sola miseratio & liberalitas; spe-
ctatque hæc renunciatio ad rem familiarem, non læsionem pu-
blicam, *l. 7. §. 14. de pact. Gædd. ad d. l. 3. de V. S. num. 14. Coler. de*
Process. execut. part. 1. c. 10. num. 257. Sed an, qui renunciat actioni
depositi in futurum, hoc ipso dolo futuro renunciâsse censetur?
Neg. Quia in generali Renunciat. semper dolus exceptus, neque
de eo sensisse renunciâns intelligitur. *l. 35. de pact.* An quis bono-
rum cessione renunciare & ad carcerem se obligare possit? Con-
troverti solet: Et neg. hac ipsa ex ratione, quia contra bonos
mores est, ut carceri, tanquam loco custodiendis noxiis & scele-
ratis hominibus deputato. *l. 2. C. de exact. tribut.* quis se manci-
pet. Quin ordo juris in favorem libertatis humanæ introductus
inverteretur, si debitor protinus, nullo prævio processu aut co-
gnitione

gnitione super contumacia, in carcerem detrudi velit, quod in
contumacibus & excussis est receptum. l. 3. §. 16. de suspect. tut. l. 1.
C. qui bon. cedere poss. Bachov. ad Treutl. 2. disput. 24. tb. 4. lit. E. Ve-
rùm qui dilationem quinquennalem impetrat, an tacitè saltem
renunciare cessione bonorum intelligendus? Itidem neg. Quia
aliàs quod in favorem debitoris introductum, in odium ipsius
retorqueretur: Dilationis enim illius finis est, ut respirare debi-
tor & de commodis solvendi mediis sibi prospicere possit. Fa-
cit, quòd Imper. in l. ult. C. qui bon. ced. poss. sententiam inducias
concedentium humaniorem appellat. Horum occasione quaeritur;
An partium voluntate renunciari possit juramento calumniae?
Et disertè negat Imper. in l. 2. §. 4. C. de jurejur. propt. calum. addi-
tâ ratione, quia illud non pro commodo privatorum, sed pro
communi utilitate requiritur. Atque de renunciatione expressa
fortassè non dubitatur: *An saltem tacitâ?* magis controvertitur;
De jure Canonico tacitâ remissione processum non annullari
ex c. 1. §. 1. d. t. in 6. supra posuimus. De jure Civili idem non ad-
mittitur: tùm quia eadem ratio inhibendæ tacitæ, quæ expres-
sæ; tùm per d. §. 4. in vv. Collusione aliqua utentes, & in verb. Dissi-
mulatione. Unde nec adversæ partis petitionem expectari; sed
utramque id ultrò subire debere, traditur, in d. l. 2. pr. Et litigan-
tium utroque dissimulante judicis officium est, illud proprio
motu exigere, d. §. 4. Rauchb. 1. quest. 11. num. 2. Job. Bapt. Asin. de
execut. §. 3. c. 17. num. 1. & 2. Quamvis jus Can. hodiè usu servari
testetur, VVesenbec. in Parat. C. d. t. num. 5. Gail. 1. obs. 85. num. 2. Si-
chard. ad rubr. d. t. num. 10. Quæ tamen in juramento calumniæ
speciali non obrinere per l. 34 §. 4. de jurejur. docet VVesenb. d. loc.
Hillig. 24. Donell. Enucl. cap. 3. lit. P. Adeoque constat, hanc con-
troversiam in foro Sax. ubi, juram. calumniæ generali prorsus
antiquato, solùm speciale remansit. Facts differ. jur. 42. Coler. de-
cis. 117 num. 10. parùm usus conferre. (4) Donell. lib. 2. com. cap.
16. Hinc quia Beneficium SCti Vellejan. propter sexus imbecil-
litatem. l. 2. §. 2 ff. ad SC. Vellejan. l. 22 C. eod. & bono publico, l. 2.
de R. J. l. 1. §. 1. ad SC. Vellej. Mulieribus indultum, eidem regula-
riter renunciare eas posse, veriùs negatur. Donell. 12. comm. c. 32.
Zanger. de except. part. 3. c. 11. num. 151. VVesenbec. in Parat. ad SC.
Vellej. num. fin. Bachov. ad Treutl. 1. disp. 25. tb. 5. lit. F. Quatenus in
foro

foro Sax. hæ renunciationes admittantur, videre est in *Constit. Elect. 16. part. 2.* Qua ratione etiam privilegio, *l. un. C. quand. Imper. inc. pupill. vid.* quippe, quod propter personarum miserabilem conditionem & impotentiam, ex miseratione concessum, non renunciari, tradunt *Matth. Steph. de juris d. lib. 1. cap. 31. Gail. 1. obs. 1. n. 40.* Atque idem pater tutoribus filiorum in testamento non potest remittere inventarii confectionem, quia ipsi darentur occasio grassandi in bonis pupillorum. *Don. 15. com. 19.* Et si maximè pater hoc fecerit, tutor tamen cogi potest à magistratu, ut conficiat, si id visum expedire administrationi, uti ex *Covarruv. & Gutierrez. docet Hillig. in Don. enucl. d. c. 19.*

XXVIII.

Alienum Privatum jus est, quod vel alterius favorem solum (de quo forsan nullum dubium) vel renunciantis & alterius favorem ac commodum simul concernit.

1. Hinc, quia Privilegium fori Clericorum, quod videlicet jurisdictione Politicâ exempti, toti Collegio publicè indultum, eidem à singulis renunciari omninò non potest, *c. si diligenti. c. significasti. de foro compet.* Quamvis ex aliis etiam fundamentis id ipsum adstruere quidam conentur; Quia videlicet hoc privilegium est juris Divini per illud Psalmistæ Regii: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et Deus sibi soli, aut quibus ipse peculiariter cõcessit, judicium in Clericos reservavit *1. Cor. 4. v. 3. & seqq.* Hinc ait Anacletus *c. Accusatio 2. q. 7.* Dominus ipse proprio flagello peccantes Sacerdotes à templo ejecit; unde liquet, quòd summi Sacerdotes à Deo sunt judicandi, non ab hominibus. Facit, quòd superior jurisdictioni inferioris se subicere nequit, Clerici autem quivis sunt majores laicis, etiam Principibus: Unde miserabilis infamia dicitur, si Secularis Clericum, à quo credit nò solum in terra; sed etiam in cœlo se ligari posse & solvi, suæ potestati subicere satagat. *c. quis dubitet. dist. 69.* Accedit, quòd hoc privilegium non tam in favorem Clericorum, quàm odium Laicorum, quippe qui Clericis oppidò sunt infesti. *c. Laicos 2. q. 7.*
Gloss.

Gloß. in d. c. si diligenti. irrogatum. Quarum rationum plurimas non sine zelo congeffit. *Marta de jurisd. Eccles. part. 1. c. 25. part. 2. cap. 6. part. 4. cent. 1. cas. 64.* sanè J. Can. ita affirmativa tenet, quamvis rationes partim tanquam falsas, partim ridiculas rejiciant *Matth. Steph. lib. 1. de jurisd. cap. 22. num. 12 & seqq. Hüllig. 17. Donell. Enust. c. 10 lit. X in not.* 2. Ex thesi nostra hoc etiam deciditur, quòd pater facultatem revocandi donationem inofficiosam ex *l. si unquam 8. C. de revoc. donat. & tot. tit. C. de inoffic. donat. competentem, liberis per renunciationem adimere non possit, secundùm communiter tradita. Wesenb. in Parat. C. de inoff. donat. Treutl. 2. disp. 19. th. 7. lit. E. ubi Bachov.* 3. Et Vasallus jurisdictioni domini inviti in controversiis feudalibus renunciando subtrahere se nequit, *c. un. in fin. 2. feud. 55. Gail. 1. observ. 40. n. 6.*

XXIX.

In jure Renunciabili non distinguitur præsens illud sit, an futurum. (1) Utrique enim rectè renunciatur, idque tam Extrajudicialiter, quàm Judicialiter, tam simpliciter, quàm per pactum. (2)

(1) Futurum jus dupliciter accipi potest: 1. Pro eo, quod nullo omninò modo in præsentì fundatum est, sed ex nova aliqua causa in futurum competere potest. Et hujus juris, utpote nondum quæsitì, renunciatio profus incerta, nullius momenti est, per ea, quæ supr. th. 7. diximus. Unde renuncians juri, quod habet & habere sperat in futurum; non intelligitur renunciasse hereditati postea obvenienti; Quia in omni Renunciatione subintelligendum, *rebus sic stantibus*; Et Renuncians in ejusmodi hereditate nondum habet spem maturam ac à jure considerabilem *l. 1. §. 21. de collat. Dautb. in d. cap. quamvis n. 127. Oldendorp. d. loc. exempl. 15.* 2. Pro eo, quod futurum quidem; sed ita tamen, ut ex causa de præterito vel præsentè haberi speretur: Et ejusmodi spem futuræ perceptionis renunciando deteriorem constitui posse, non ambigitur, *l. 46. de pact. l. fin. §. ult. C. de tempor. appellat. l. 21. §. 3. de pact.* Et quotiescunque de jure futuro

D

turo

turo concepta est Renunciatio, de hac spē intelligenda. *Dalner. d. tr. c. 16. n. 5.* Sic, qui liti renunciat, toti causæ, adeoque etiam facultati producendi testes, appellandi &c. renunciâsse dicitur, *l. 4 C. de pact.* quia hæc videlicet radicata sunt in lite præsentē. (2) Quodd enim Dd. tradunt, futuro juri non nisi in iudicio, acceptante iudice nomine absentis, vel per pactum renunciari posse *per l. 45 § 1. de legat. 2. Sicbard. ad l. 1 C. de pact. nu. 18. Thoming. decis. 1. nu. 4 Dalner d. tr. c. 16. n. 8.* Id de simplice Repudiatione accipiendum, neque ad eas Renunciationes, quæ semper contemplatione certæ personæ fiunt, & quæ sui natura à parte recipientis agnitionem & acceptationem requirunt, extendendum putamus. Dupliciter enim dicitur Simplex renunciatio 1. prout opponitur ei, quæ per modum pacti facta. 2. prout opponitur, qualificatæ vel contemplativæ ut vocant Dd. *Nicol. Bets. d. tr. de pact. famil. illustr. fol. 763.*

XXX.

Generaliter hîc notandum, Renunciationes esse stricti juris, nec largâ interpretatione à causa ad causam extendendas.

l. jubemus. C. ad SC. Vellej. Gail. 2. obs. 77. n. 5. Coler. de Process. execut. 1. part. c. 10. nu. 443. Oldendorp. d. loc. exempt. 12. Unde filia, quæ renunciat successioni hereditatis maternæ, non excluditur à lucro, quod secundum *l. 3. C. de secund. Nupt.* ex bonis matris in pœnam secundarum nuptiarum ad eam defertur. *Gail. 1. obs. 98. n. 10.* Et quæ renunciat hereditati paternæ, non potest videri renunciare feudo, quod nomine hereditatis non venit. *Wesenbec. consil. 74. nu. 80 Nicol. Bets. d. tr. de pact. famil. illustr. fol. 662. Job. Schon lib. 1. disp. feud. 7. tb. 32.* Sic etiam Litigatores renunciantes Privilegio fori competentis in prima instantiâ; non censentur simul renunciâsse eidem in secundâ; Hinc quæritur: *Sic de seculari causa iudex Ecclesiasticus aliàs incompetens ex litigatorum consensu pronunciaverit, & ab ea sententia Laicus victus ad superiorem iudicem appellare velit: Utrum ad Ecclesiasticum provocare teneatur, an verò ad secularem possit?* Poster. Affirm. Quia prorogatio jurisdictionis est species renunciationis, quæ, ut in *tb. 1. stricti*

stricti juris, & ultra mentem renunciantis non porrigenda. P.
Frid. Mindan. lib. 1. de Processu extrah. cap. 11. nu. 4.

XXXI.

Finis Renunciationis in verbis definitionis, *alterius personæ intuitu*, innuitur. Propterea enim Renuncians jus suum negligit, ut alii, ei-que certo gratificetur & commoder.

1. Equidem, dum de Renunciationibus in genere agimus, vix specialem & peculiarem omnino finem dari posse, fatemur; sed quos fines habent pacta, transactiones, donationes & alia negotia, quorum opem & naturam quodammodo adsciscit. Renunciatio, eosdem & ipsam collimare, certum est. 2. Dum tamen Renunciatio nostra ad certam cujusdam personæ respectum & commodum dirigitur, hoc ipso à Repudiatione & animo derelinquendi abiectione, tum etiam Beneficii Ecclesiastici renunciatione, discrepare cernitur. Repudiatio enim nulli fit specialiter; sed simpliciter repudiatur hereditas. *Dauth in d. e. quamvis n. 7.* Et qui rem pro derelicto habet, etiamsi quodammodo donet. *l. 26. de stipul. servor.* & rem alicujus fieri velle intelligatur; incerta tamen est persona, & ejus fit, cui casus fert, ut primum occupet, *l. 1. l. 5. pro derelict.* Beneficiatus quoque non semper Ecclesiasticum beneficium certæ, cui vult, personæ cedere potest; sed in manibus ordinarii purè resignare tenetur, *c. admonet. 4. de renunciat. Sichard. ad l. 4. C. de pact. num. 13. Anton. Faber. in C. tit. de SS. Eccles. def. 3.* 4. Quin etiam, dum hæ Renunciationes favorem & commodum Recipientis intendunt, separantur ab iis, quæ gratia renunciantis fiunt; ut, quando Procurator Mandato renunciat, aut societati socius. 5. Et tandem, quia Renuncians certæ personæ commodum sibi propositam habet, consequitur, quòd illo cessante, renunciationis quoque cesset effectus, *l. ult. de testam. tut. l. ult. de hered. instit.* Unde quæri solet: *An filia jurato renuncians hereditati paternæ favore fratrum perpetuo censeatur exclusæ; an verò defunctis fratribus pristinum jus recipiat?* Et posterius affirmatur, per d. rac. Jus enim filiæ non penitus extinctum; sed interea, dum agnatio floret, dormit & in suspenso est. *Myns resp. 97. n. 12.* Et ut in omni-

bus conventionibus, etiam jura is, censetur inesse clausula; si res in eodem statu permanet: ita hæc Renunciatio habet hanc implicitam conditionem, si non decesserint ii, quorum favore renunciatum est. *Gail. 2. obs. 148. nu. 10. Treutl. 1. disp. 6. tb. 8. lit. G. A. Fab. in C. tit. de pact. defm 22. Daut. d. loc. n. 116.*

XXXII.

Effectus Renunciationis est Juris vel Beneficii Amissio. (1) Et ad illud regressum affectantis per Pacti vel Doli exceptionem aut replicationem quandoque Repulsio. (2)

(1) Remittentibus enim actiones vel exceptiones suas non dandus regressus. *l. 14. §. 5. de edil. edict. l. 57. §. 1. de procurat. l. 15 §. 5. in fin. ad L. Jul. de adulter. l. 4. C. de pact. Et quod semel repudiatum, redintegrari non conceditur, l. fin. C. de condit. insert. l. fin. C. de amiss. pignor. Ac satis absurdum est, redire aliquem ad hoc, cui renunciandum putavit, l. 11. C. de reb. credit. c. quam periculosum. 7. q. 1. (2) *l. 3. C. de repud. vel abstin. hered. l. pen. C. de pact. l. 10 §. fin. D. de pact. l. 2 §. 5. l. 8 l. 12. de dot. mal. except. pr. Instit. de replicat. quæ privilegiatæ sunt, ingressum litis & omnem processum impediens d. l. 4. C. de pact. & ibi Sicbard. num. 12. Wesenb. consil. 237. num. 41.**

XXXIII.


Contraria sunt Revocatio (1) Remissio (2) vis, metus, dolus, error, ignorantia. (3) Enormis læsio. (4)

(1) Facta vel à solo renunciante, re adhuc integra, *supr. tb. 21. vel à parte utraque, l. 5. C. de O. & A.* (2) Quæ fit renuncianti à renunciatario, nō tantum aperte vel expressè; sed etiã tacitè. Sic quando pater filiam, quæ ipsius hereditati renunciavit, heredem instituit, ea, nihil obstante renunciatione, ad hereditatem admittitur. *Treutl. 1. disp. 6. tb. 8. lit. E. Gail. 2. obs. 148. n. 11. Muscul. de success. convent. & Anom. class. 1. memb. 2. concl. 7. lit. G.* (3) per *tb. sup. 18. Sed quid si juramentum additum sit Renunciationi vi metue extorta? Ea jure civili nullius est momenti. auth. Sacramenta.*

menta. C. si adv. vendit. quã hoc in casu ad majores etiã applicat
Don. 21. com. cap. 13. Setser. lib. 1. de juram. c. 20. n. 17. Jur. Can. relaxa-
tio juramenti requiritur c. pervenit. 2. c. si v. 8. c. verum 15 de jure-
jur. Gail 2. obs. 42. Hartm. Pistor lib. 4. q. 6. n. 68. Rauchb. part. 2. q. 4.
nu. 51. Idque multò magis de dolo dicendum, Sichard ad d. auth.
n. 41. Wes. cons. 23. n. 36. Unde etiam quibusdam placet, nec abso-
lutionem hïc esse necessariam, Treutl. 1. disp. 11. tb. 10. lit. A. Hartm.
Pistor. d. c. 6. n. 70. Quod tamen, quia quoties juramentum citra
periculum salutis & offensionem proximi servari potest, toties
ex juris Canonici ratione vinculum injicitur animæ & consci-
entiæ. d. cap. si verò 8. meritò reprobandum Bachov. ad Treutl. d.
loc. Sanè in foro Sax. Constit. Elect. 35. part. 2. hoc expressè sanc-
tum Quid de ignorantia sentiendum, patet ex tb. 18. & seq. De
errore propter defectum consensus, l. 57. de O. & A. idem statuunt
Sichard. d. auth. num. 30. Don. d. cap. 13. (4) Huic enim dolus
re ipsa inest, l. 39. de V. O. l. 17. §. 1. quæ fraud. cred. l. 17. §. 4. de instit.
act. Eique, si fuerit enormissima, nec juramentum medetur. Ba-
chov. ad Treutl. 1. disp. 6. tb. 7. lit. E. & disp. 11. tb. 7. lit. B. Quod spe-
cialiter in filia renunciante tradunt. Dalner. d. tr. c. 4. nu. 48. Gail.
2. observ. 77. num. 11. & 2. observ. 147. Nisi tamen plures circum-
stantiæ, velut ætas minor, dolus malus, aliæque graves causæ
concurrant, hoc non obtinere; sed juramentum læsioni præ-
ferri vult, D. Elect. Augustus part. 2. Constit. 35. Et certè sem-
per major ratio conscientie & ultionis Divinæ, quàm damni
facultatum habenda. Hilliger lib. 21. Don. enucl. cap. 13. lit. C.

vid. Muscul. d. concl. 7. lit. C. in pr. Atque
hïc subsistimus.

D 3 Corol.



Corollarium.

Qui juratò renunciat, quamvis iussu iudicis impleat promissum, si non spontè sacramento paret, perjurii labem in foro conscientia non effugit.



VIRO CLARISSIMO

atq; Doctissimo

DN. HIERONYMO

HEDENO J. U. Doctoro,

Dllm passim obscuro Proserpina nomine servit,
Cesariem & Patria nigra cupressus obit;
Astraea ad summi palmare cacumen honoris
HEDENE insigni te vocat auspicio.
Scilicet illa tuos olim spectare labores
Obtuso nondum pectore dememinit.
Et si, quae nulla est, oblivio subrepisset,
TE nunc ad curas cerneret ire novas.
Clari sunt ipsum Tentamen; Lectio, testes
T memataque alternis discutienda xoyis.

Hinc

*Hinc Legum latrrix FOMANNO Diva sequestro
TE postliminio condecorare cupit,
Et Doctoratus solemnibus insignia voto
Cum duraturis suppeditare bonis.
Quisquis es, è vapidis bona verba appone medullis,
Dic, vita HEDENO sit diuturna MEO.
Sic erit, illius quò sub moderamine possit
Publica res fructum privataq; habere suum,
Juridica antiqua simul & Melappyrgidos urna
Magna incrementis robora habere novis.
Nam qui cum Eusebie juris sibi dogmata junxit,
Is demum, puteal qui benè flectet, erit,*

*Fautori & Amico veteri gratulabundus
scribb. JENÆ*

M. Samuel Majus,

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







ULB Halle
005 132 665


3



VDA 17







B.I.G.

Farbkarte #13

INAUGURALIS

~~X~~
20
=

AM RE-
TIONUM
DIRECTA.

1625, 3

ANTE GRATIA
Autoritate

Nobilissimi

is in Salana
ma

SIDIO

& Consultissimi Viri

EODORICI,

Curia Provincialis, nec

minentissimi, Fautoris &
reter & officio-

di,

in UTROQUE JURE

vilegiis

ni subicit

HEDENUS,

ENSIS.

Anno M. DC. XXV.

Æ

annianis.

